

Psalmus responsorius

Ps 103, 1-2a. 24 & 35c. 27-28. 29bc-30 (R̄.: cf. 30)

R̄. Emítte spíritum tuum, Dómine,
et rénova fáciem terræ.

vel:

Allelúia.

¹ Bénédic, ánima mea, Dómino.
Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter!
Maiestátem et decórem induísti,
^{2a} amíctus lúmíne sicut vestiménto. R̄.

²⁴ Quam multiplicáta sunt ópera tua, Dómine!
Omnia in sapiéntia fecísti,
impléta est terra creatúra tua.
^{35c} Bénédic, ánima mea, Dómino. R̄.

²⁷ Omnia a te exspéctant,
ut des illis escam in témpore suo.
²⁸ Dante te illis, cólligent,
aperiénte te manum tuam, implebúntur bonis. R̄.

^{29b} Auferes spíritum eórum, et deficient
et in púlverem suum reverténtur.
³⁰ Emíttes spíritum tuum, et creabúntur,
et renovábis fáciem terræ. R̄.